

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0002-8

1. De feudis Ecclesiasticis. Pr. J. H. Böhmer. R. W. G. de Schef.
2. De jure et statu hominum propriorum a servis Germaniae non Romanis derivando, et de usu hujus doctrinae. Pr. J. H. Böhmer. R. F. Schröter.
3. De jure retentionis ex diverso etiam causa competente. Pr. J. F. Ludovici. R. C. H. Hacke.
4 de Mandato ad heredes transeunte ad L. 57. ff de Mand. Pr. H. à Cocceji. R. C. L. Förster.
5. De Computatione graduum cognationis. H. Cocceji. R. A. H. Linde.
6. De jure Postliminii. H. Cocceji. R. Dithmary à Rheden.
7. De jure et facto. Pr. H. Cocceji. R. J. W. Wahlig.
8. De rebus merae facultatis. Pr. H. Cocceji. R. J. L. Zubrodt.
9. De servitutibus naturalibus. Pr. H. Cocceji R. J. D. Hörner.
10. De successione nepotum. Pr. Cocceji. R. A. H. a Mandelsloh.
11. De paribus sententiis judicum et arbitrorum Pr. C. H. Horn. R. G. G. de Reibnitz.
12. de remissione tacita pignoris vel hypothecae per acceptionem chirographi novi aut fidejussoris. Pr. C. Thomasius. R. F. Schröter
13. De abusu mandatorum sine clausula. Pr. H. Cocceji. R. R. C. H. Homberg.
14. De fuga. Pr. H. Cocceji R. J. D. Löper.
15. De finibus b. fidei in praescriptionibus de jure Canonico. Pr. H. Cocceji. R. J. C. Laurentius.
16. De Conjuge bona gratia divertente. Pr. T. J. Reinhardt R. C. J. Rothmahler.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0003-4

17. De Antidoris Pr. H. Cocceji. R. P. de Mastricht.
18. De reductione ad arbitrium boni viri. Pr. H. Cocceji. R. C. F. Cammann.
19. De herede fidejussoris occ. l. ult. C. de Evict. Pr. J. B. Friesen. R. J. C. Hildebrand.
20. De renunciationibus et reservationibus filiarum illustrium. Pr. H. Cocceji. R. J. F. Bartholdi.
21. De felonia Domini. J. G. Hartung. R. J. C. Pilaeij.
22. De dote omnium bonorum occas. l. 4. C. de jure dotium. M. J. A. Neuber.
23. De nominatore ad parochiam. Pr. Jos. Pet. Ludwig. R. J. A. Troomer
24. De abusu insignium Principis. J. F. Willenberg. R. J. F. Helcher.
25. De Pacti reservativi efficacia. A. Hildebrand. R. C. M. Linck.
26. De Incendiis. Pr. J. P. Slevogt. R. L. A. Hamberger.
27. De jure Ministrorum exigendi à Principe dimissionem. P. A. de Munchhausen. R. J. G. Boenigke.
28. De libertate status Regii. Pr. H. Cocceji R. A. Crumfuss.
29 De Regimine usurpatoris Rege ejecto. Pr. S. Cocceji. R. F. W. de Schmettau.
30. De autoritate publica ad pignoris seu hypothecae publicae constitutionem necessaria. G. Schweder R. B. Draing.
31. De jure collectandi non cives. H. Boding R. J. G. Becker.
32. De solario ex superficie praestando. Pr. P. Slevogt. R. J. A. Bucking.

33. De negligentia Ministri Principem non obligante. Pr. C. Wildvogel. R. H. C. Vierthaler.

34. Quae sit genuina resolutio ~~causae~~ controversiae circa causas exheredationis liberorum. Pr. H. de Cocceji R. P. C. Hugo.

35. De Praerogativa. Pr. I. H. Meyer. R. I. W. Weiss.

36. De dispositione testamentaria in feudis Pr. I. P. Streit R. C. P. Amling.

37. De his quae in fraudem legis fiunt. Pr. I. P. Streit. R. I. T. Schwartz.

38. De Tutoris datione Pr. M. Rhodig R. I. G. Baro.

39. De exceptione moratoria. I. Busch.

40. De jure circa hereticos. Pr. H. Cocceji. R. Caroli d'orville.

41. De Silentio. Pr. I. C. Winter. R. H. I. Synander. diss. I et II.

42. De vero debitore sententia absoluto. Pr. H. Cocceji R. H. D. Trutenig.

43. Charactere statuum Imperii Pr. H. Cocceji R. F. W. de Mühlen.

44. De successione Fisci. I. E. Spielmann.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0005-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0006-1

THESES ORDINARIÆ 9.
Ex
Jure Naturæ & Gentium
DE

SERVITUTIBUS NATURALIBUS,

PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO,
U. J. D. & Profeſſ. Ordin.
Jur. Nat. & Gent.

RESPONDENTE

JOH. DIETERICO HÖRNER,
Franc.

Diſputandæ die 18. Januar. Anno 1673.
in Audit. Philoſoph.

HEIDELBERGÆ
Typis *Wilhelmi Walteri*, Academ. Typogr.
Denuo recuſa M DCC XIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0008-2

Th. I.

NOn tantum jus & libera facultas hominis in res ſuas à naturâ eſt; ſed & juris ac libertatis illius inter vicinos quædam privatio, quæ nihil aliud eſt, quam ſervitus.

Th. II.

Natura enim vicinorum conſvetudines ac officia devinctura, commoda eorum mutuis neceſſitatibus ita junxit, ut ſæpe, quam uni commoditatem negavit,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0009-1

vit, eam alter ex neceſſitate ac natura prædii ſui præſtare alteri cogeretur.

Th. III.

Eſt ig. *Servitus naturalis, qua prædium ex neceſſitate naturæ ſuæ à prædio vicino aliquid pati & excipere cogitur.* Neque ea tantum inter vicinos privatos, ſed & inter territoria & populos vicinos locum habet: Ut ſcil. vicini vicinorum commodis *inſervire per naturam cogantur*, adeoque natura ipſa ſervitutem iis imponat.

Th. IV.

Talis initio ſervitus eſt, fluminis in alicujus fundo vel territorio orti, aut illac tranſeuntis, ad vicinum decurſus: hactenus enim inferior vicinus naturaliter ſervit ſuperiori, ut ab ipſo flumen, qua illud naturalem ſuum curſum continuat, fundo ſuo excipere cogatur: quod incom-

modum compenſatur populo piſcationis aliisque uſibus.

Th. V.

Non ig. poteſt vicinus inferior aggeribus, aut aliis obſtaculis, cum damno ſuperioris, impedire naturalem fluminis curſum, adeo ut talis contra naturæ inſtitutum tentata obſtructio omnino juſtam belli cauſam præbeat.

Th. VI.

Hinc eſt, quod mutato naturali fluminis curſu, prior alveus ad vicinos dominos redeat: quia ſcil. ejus uſus ſublata ſervitute, iterum cum proprietate conſolidatur.

Th. VII.

Hinc eſt quod Inſula in flumine nata iisdem vicinis pro rata cedat: quia ſcil. liberata illa eſt à ſervitute fluminis ferendi, adeoque ad proprietatem pleno jure redit.

Th. VIII.

TH. VIII.

Hinc quoque intelligitur quantum ſæpe JCti Romani à juris Nat. diſpoſitione receſſerint. Etſi enim & illi agnoverint ſervitutes naturales, cum tamen naturæ vim, autore ejus non cognito, haud intellexerint, non mirum, ſæpius eos in determinandis naturæ inſtitutis ac juribus hallucinatos eſſe.

TH. IX.

Male igitur inſularum & alveorum jura ad modos acquirendi dominii retulére, vel vicinis adquiri dixere: quia nunquam dominium à vicinis abiit, ſed ſalva proprietate ſolus uſus ſervitute ablatus fuit; qua ſublata uſus proprietati iterum coaluit: eſt enim alveus pars vicini prædii; qua curſu naturali fluminis abrepta prædium ea parte ſerviit. TH. X.

Male JCti Cajus & Alphenus agrum à flu-

à flumine totum occupatum, & poſtea relictum addicunt vicinis prædiis: cum proprietas non abierit à veteri domino, ſed uſus & poſſeſſio. Unde difficultas illa Caji, qui ex vitioſa ſua ratione vitioſum jus deducens illud uſu non obtinere confeſſus eſt.

TH. XI.

Male Proculus in caſu *L.56. §.1. de A.R.D.* novum alveum à flumine relictum æqualiter utrique vicino tribuit: quia in illo caſu conſtat, utriusque prædium non æqualibus alvei ſpatiis ſervire; ſed alveum qua parte antea inſula enata erat, jam tunc ad alterum vicinum rediiſſe: adeoque ea parte jam ante conſolidatio facta fuit.

TH. XII.

Æqualiter autem tunc demum videtur utrique reſtituendus alveus, quando propter antiquitatem fluminis ſciri non

poteſt

poteſt, cui prædio & quousque alvei uſus per flumen ablatus ſit: in dubio E. æqualiter dividendus videtur, quod & JCti ſtatuunt.

Th. XIII.

Sed nec hoc rationi convenit. Nam ſucceſſoribus ejus domini, cui primò flumen partem fundi abſtulit, ſ. per ſucceſſionem, ſ. pro emtionem aut alio titulo fundus ille ad ipſos perveniat, nunquam æſtimatur ille fundus pro magnitudine, quæ continet partem alvei: nec quisquam volet, fundum flumini, inprimis majori, proximum ſub hac æſtimatione ſibi adjudicari, ſed tantum usq; ad ripam. Fundo E. ab alveo ſeparato, à privatorum dominio eximitur, & cum inſulis enaſcentibus ad populum, aut Principem, qui vice populi eſt, jure pertinet.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0015-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0016-6

THESES ORDINARIÆ 9.
Ex
Jure Naturæ & Gentium
DE

SERVITUTIBUS NATURALIBUS,

PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO,

U. J. D. & Profeſſ. Ordin.
Jur. Nat. & Gent.

RESPONDENTE

JOH. DIETERICO HÖRNER,

Franc.

Diſputandæ die 18. Januar. Anno 1673.

in Audit. Philoſoph.

****

HEIDELBERGÆ
Typis *Wilhelmi Walteri*, Academ. Typogr.
Denuo recuſa M DCC XIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415518-p0017-2